



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De circu[m]sta[n]tiis homicidij c. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

nio non defendum, aut insidias alicui paratas ad mortem nō manifestant, & hi omnes eiusdē peccati sunt rei.

*De circumstantiis homicidij.*

Cap. 8.

**S**EPTĒ sunt personarū genera, quas in confessione circa homicidij circumstantias exprimere oportet. \* Primo notabiliter consanguinitate, vel affinitate cōiūctos: vt si quis occidat parentes, fratres, filios, &c. Secūdo. Religiosos, & clericos: & hos occidentes, ultra peccatū mortale excōmunicationē ma. incurrūt, vt supra lib. 1. cap. 31. Tertio. Magnos Prælatos, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos. \* Quarto. Cardinales nō Episcopos, omnes enim hos hostiliter persequi sub mortali, & excōmunicatione Cœnæ Domini est

vetitum, nisi percutiens sit infra  
14. annum, vel sit senex, infir-  
mus, pauper, aut sine graui in-  
commodo non possit ire Romam  
quia tunc reseruatnr tantum Epif-  
copo. \* Quinto, Notarios, Procu-  
ratores, Aduocatos, Auditores, &  
Iudices, qui negotiorum causa ve-  
niunt Romam, aut ibi morantur.  
\* Sexto. Venientes ad sedem Apo-  
stolicam, aut inde recedentes.  
\* Septimo. Illos ex quorū percul-  
sione, vel occisione, alii in re tem-  
porali damnum patiuntur, qui-  
bus necessario facienda est resti-  
tutio. Est alia loci, circumstantia  
maximè necessaria, vt in confessio-  
ne exprimatnr, vt si fiat occisio in  
Ecclesia, vel iniuriola sanguinis  
effusio ibidem facta fuerit ab ho-  
mine sanæ mentis, quo euentu  
Ecclesia polluitur, sicut & per vo-  
luntariam pollutionem, etiam il-  
lam quæ est ex matrimonio, mo-  
do publica sit vel nota multis, &

cum in Ecclesia sepelitur excommunicatus aliquis, vel infidelis, quo euentu radi debent parietes Ecclesiæ, vel cum consecratur ab Episcopo excommunicato. Celebrare autem in Ecclesia polluta, est peccatū mortale, nulla tamen incurritur inde censura, aut irregularitas, & si ea erat consecrata debet reconciliari ab Episcopo cum aqua ab Episcopo benedicta, sin verò esset tantum benedicta & non consecrata, potest à simplici Sacerdote reconciliari, sed simiiter debet aqua esse ab Episcopo benedicta. Demum in confessione est explicandum, si quis per aliu n, vel per se alterum occidit, & quanto tempore ea in voluntate, contra proximi charitatem perseverauerit.

*De intellectu præcepti non occidendi. Cap, 9.*